lui cum exercendi ingenij causa querere: et tibi Pont. Max.
mittere: vt illum iudico: qui naturalium rerum et superce-

lestium scientia coram habere excellensissimus. Simul et
vt debito meo satisfacta. Nam cum hoc e bibliotheca tua
sumperim omnium celeberrima: que litteratis omnibus
et doctis viris summo solatio ac studiorum incremento est: et i
quam a curis tanquam in portum me conferre scripsit: et totos
denique dies partim legendo partim scribendo consumere
soleo. Idcirco videbar mihi esse ai ingrati et inmemoris nisi
quemadmodum villicus delectabile quid e villa et hortis do-
mino res urbanas fastidienti offert. ita ego tibi animus a
negocijs et imperij administratione relaxanti aliquid e biblio-
theca excerptum offerrem tuo studio: tuo docto ocio et sin-
gulari sapientia dignum. Nam licet nobis nulla facultas sit
tibi pro meritis gratie referre: tamen delectat nos quan-
doque tibi his mediocribus exercitationibus ai nostri gra-
titudinem ostendere.



Hippocrates de insomnijs.

Et insomnijs ea nobis bona sunt que
ad vltimas noctis par-
tem intelligentie representant res eo quo inter-
diu agebantur modo: aut de illis deliberationes
atque consilia. Sanitatem enim signant. quod diurnis in con-
silijs animus permanet nulla impletione: nulla expiatione
nulla alia denique re externa aut aduentitia superat. Que
vero his contraria ac inter se repugnantia sunt: si vehemen-
ter: vehementer: si modice: infirma in corpore perturbatio
esse testantur. An igitur a negocijs abstinere oporteat necne: ius-
dicium non fero. Verum tamen corpus ideo purgandum esse
consulo: quod ex materia quapiam superante contigit secretio
animi et intelligentia perturbans. Et si vehementer discre-
pent: prodest vomitu mouere: et in quintum diem modicos
et leues cibos sumere. Exin cum deambulationibus multis
et acribus: tum mediocribus exercitationibus vtendum.
Sin minus: vomitus: ocium: et tertia pars cibis demenda.
Rursusque eadem victus ratione quintum usque diem vtere:
adiecta deambulationibus et vocis exercitatione. Deinde po-
stea duo immortalibus supplicandis. Sol luna celum stelle
ex consuetudine pure lucide splendide conspectui subiecte i
bonis sunt: indicantes quippe omni ex parte corpus bene va-
lere. Quare hic habitus presenti victu conservandus est.
Si quid vero contra apparuerit: morbum corpori a validis
validioribus: ab infirmis leuiores istare manifestissimum est. At-
que si stellarum externus circuitus: solis medius: lune: g can-
sis adiacet: extingui quid aut ledi aut occultari aut omni-
no impediri visus fuerit: eidem circuitus parti morbum sup-
uenire: tenuiore quidem: si ab aere vel nube stellarum ali-
quod afficiat: si ab aqua seu grandine: vehementiore. Signo nam-
que est humiditatis et pituite excretionem in interiores circu-
ferentiam icidisse. Huic igitur expedit i vestimentis sudo-
ris quam maxime euocandi causa. primo quidem sensum. Deinde
vehementer currere: post vero exercitationem multis subinde
deambulationibus: vt prandio intermittendo. Ac tertia de-
miu cibis ablata parte: in quintum diem parum assumere. tum
si maior offensa appareat: fouere. Siquidem ea de re corpus
per superficiem expurgari confert: quod in exteriori circumsferen-
tia detrimetur inest. Preterea cibis siccis acerbis: austere:
meracis: et exercitationibus maxime siccis vti. At vero si quid
eiusmodi pati luna videatur: intus euulsionem fieri: pro-
dest ab acribus: salsis: lenibusque cibis vomitum excitare:
magna vi currere: vocem exercere: prandium intermitte-
re. vtiq; cibi detractio et victus moderatio habita. De-
inde vomitu iterum facto in quintum diem modicum cibum ad-
hibere. Ubi autem sereno celo circuitus a siccitate affligi la-
borare superari videtur: egrotationis periculum est. Igitur opus
est laboribus demere victum humidioribus lenibus: ma-
iore quiete: somno multo: donec consistat vti. Si ignem quod
et incensum stellis illis repugnans conspiciat: bilis excretio

Simile

De insomnijs .Y.

nota est. Si victe demus occultentur: periculū ē ex egro-
tatione mori. Si in fugam aut vertuntur: aut verse celeri-
ter fugiunt alijs deinceps insequentibus: future nisi ho-
mo curetur: sanie metus est. His itaq; omnibus veratro
in primis cuius: victum moderari conuenit: aliter victus
ab aqua repeti nō alienum est: vinum nequaquā gustare p-
terq; tenuissimum lene dilutum. Item ab acerbis siccat-
tibus: salis calefacientibus abstinere: necnō exercitatio-
nibus naturalibus & cursibus in vestimento vti q̄pluri-
mis absit frictio: lucta: saltatio: & vehemens exagitatio: mol-
liter cubet: desideat preter q̄ a naturalib; laborib;. Post
cenam deambulet. Bonum etiam est foueri scdm fomen-
ta subinde vomere. Ad trigessimū diem ne impleat. Im-
pletus bis in mense vomitum a dulcibus humidis & leni-
bus prouocet. Que aliūde alio nulla necessitate aut vi vr-
gente vagantur: animum sollicitudine & cura affici docēt.
Huic nempe prodest ex toto conquiescere: & animum ad
spectacula risum precipue mouentia vertere. Si min⁹ ad
id saltē qd per biduum aut triduum spectando mens ex-
bilaretur. Post sistet. si id non proderit: egrotationez esse
metuendā. Omnino stelle que e circūferentia pure & splē-
dide delabī ac orientis partem petere videntur: bone va-
litudinis testimonia sunt: propterea q̄ quicquid vel i cor-
pore est separatuz vel in alio excretum: vel in carne pul-
lana: id probe omne ab occidui circuitu: cui recte adheret
excidit. Que vero ex illis nigre & obscure siue ad occidui
siue in mare siue in terram siue paulo supra deferri viden-
tur morbos denunciant. Que supra grauedines: que i ma-
re: malos alui habitus: que in terrā: tubercula in carne ma-
xime nascentia. His confert tertiam portionem cibis de-
mere: excitatoq; vomitu in quintum diem victum tem-
perare. alio deinceps quinto die cuiuslibet generis cibuz
adhibere. Tum iterum facto vomitu ad eundem superi-
orem victum redire. His deniq; celestibus insidere quic-
quid tibi videbitur purum & humidum: bonam valitudi-
nem ostendit. Quoniam id ab ethere descendisse in homi-
nem. Tale autem animo representari: quale homines in-
trauerit. Econtrario nigrum quodlibet impurum & mini-
me illustre: mali morbi: nō ab impletionē certe aut exina-
nitione: sed ab externa causa instantis indicium habetur.
Huic ergo conducit multa vi currere: vt q̄ minima corpo-
ris liquefactis: ac spiritu spississimo yltus aduentitiū ma-
lum propellat: protinusq; sm cursum acerbis deambula-
tionibus vtendum: victus autem in quartum diem mol-
lis & lenis adhibeatur. Quodlibet tibi adeo purum dari
visum: secunde valitudinis signuz est q̄ ingredientia cor-
pus pura sint. Cuiuscūq; horum contrarij inspectio extite-
rit: non est bonum. Morbum enim corpus inuasisse con-
stat. Ideoq; hunc sicut priorem curari opus est. Aquam le-
nem sereno celo siue vehementi quidē madefactione aut
gravi tempestate plure videri bonum: temperatum nā
q̄ & purum e celo spiritum intrasse demonstrat. Econtra-
rio magnā impure aque vim cuz procella & grandine plu-
re: morbu ab aduentitio spiritu notat. Similiterq; hūc te-
nui victu & cibis omni mō perq; paucis vti oportere. Sic
qui celestium astrorum signa cognoscendi iudicio predi-
cuerit: debebit ex illis cum sibi suisq; valitudini victus ge-
nere prospicere: tum etiaz dyo supplicare. Pro bonis qui-
dem. Soli ioui celestij: ioui terrestri: Mercurio terrestri.
Mercurio: apollini. Pro contrarijs autem. Dys malozū
auerforibus terre & heroibus: vt omnia grauiā & aduersa
a nobis auertant. Insuper etiam ex somno propinquā qd
acriter intueri: aut audire: tuto incedere: secure & sine ylla
formidine currere. Item terram planam beneq; cultam
arbores florentes & fructuosos & mites: fluuios pro more
aqua limpida: nequaquā iusto pleniores minoresq; fluētes

fontes itidē & puteos in somno ante oculos obuersari. his
omnibus indicijs cum corpus bene habere: tum vō omnes
circuitus & victus atq; excrementa pro natura esse cogno-
scuntur. Quicquid istorum contrarium apparet: mali de-
trimenti est. Nam auditum ledi: circa caput esse noxam
docet. Igitur matutine. quinetiam sm cenam aptissime
erunt deambulationes addito superioris victus genere.
Lurum offensa vomitu contellenda est: pleniorē lucta
vtendum: seruata eadem in cibis ratione. Aspera corpus
impurum esse dicit. res amat plures post exercitacionem
deambulationes. Arborum sterilitate humāi corporis p-
nities ostendit. Siquides sine folijs arbores: ab humidis
& frigidis detrimentum: cum folijs autem: sed sine fructu
a calidiorē & sicciorē: vtiliter victus ratione hec refrigerantur
& humefiunt: illa siccantur & calefiunt. Fluuij nō pro natu-
ra fluentes sanguinis circuitum significant: largius quippe
excessum: minus defectum. Commodum igitur est victu
hoc implere: illud tenuare. Si impuri fluuij: perturbatio-
nem significant. purgantur autem a cursibus & deambu-
lationibus multo spiritu citati. Nocturne fontium & pu-
teorum imagines: ventos circa vesicam esse indicio sunt.
Res igitur vrinam mouentes ad purgationez aptissime
sunt. Mare turbatum: malis malū subesse testimonio est.
Auxilio sunt res alui soluētes leues & molles. Terra vel
domus mouens: sano aduersam valitudinem. Egro sani-
tatem & instantis mutationem pollicetur. Valēti ideo vi-
ctum mutare perutile est: q̄ totum a presenti corpore assi-
citur. Egrotanti autem in eodem persistendum: quia ab in-
stante corpus mutatur. Terrā vel a mari vel ab alia qua-
piam aquarum multitudine inundari. egrotationem mul-
te: que in corpore inest: humiditatis expectandam esse te-
stat. Quare vomitus: prandy intermissio exercitacione
siccī victus pernecessary sunt. Deinde ex modicis & parū
assumendo: ad consuetudinem reuertendum. Utq; nec id
in bonis est in somno terram nigram aut crematā videre.
Quandoquidem in vehementem & mortiferum morbus
incidere periculosissimum est. Siccitatis enim exuperā-
tiam carni instantem deprehendit. Laboribus ergo. Itē
cibis quicquid siccī calidi acris & vrinā mouētis: demen-
dum. victus esse debet p̄stane decoctū ius: res deniq; om-
nes molles leues & modice quidem: potui vinum dilutum
album copiosius dandum est. Balneo frequentiore & cali-
do vtendū. Sed vero minime ieiunio: emolliatur: conge-
scat: frigus: solem caueat. Telluri mercurio heroibus di-
uinam rem faciat. In palude siue mari siue fluminib; na-
tare videri: non bonum. Quia humidi excessum testatur.
oportet hunc imperare victui & se exercere: febricitanti au-
tem bonum qd calidus ab humidis extinguitur. Quicqd
neq; maius minusue: sed ex consuetudine & pro sui natura
esse apparuerit: pro bono valitudinis habetur. Vestē can-
didam siue pulcherrimos calceos indui: bonū. Qd ex mē-
bris maius: nō bonum. vtiq; qd minus: oportet victus ra-
tione hoc augeri: illud minui. Nigra omniō morbida at-
q; periculosa sunt. Utiliter emolliantur & humefiūt. No-
ua mutationem predicunt: puros & in albis vestimentis
mortuos videre: bonū. Item ab illis aliquid puri accipe-
re in bonis est. Nam & corporis & rerum ingredientiz in-
tegritatem declarant. Ex mortuis quippe nutrimenta in-
crementa & semina proficiuntur: propterea q̄ hec si pu-
ra in corpus serpunt: sanitatis sunt. Rursum nudatos vel
pullatos vel sordidos vele domo quicquid capientes auferē-
tesue conspici non apium. Morbus ideo arguit: quia res
corpus ingredientis noxie sunt. Confugendum ergo ad
cursus atq; deambulationes: ac vomitu facto: alimentum
molle & leue adhibendum. Corpora quecumq; in somnijs
deformia in conspectum veniunt: hominēq; terrent: inso-

O somnitas
curio somnitas

liti cibi satietatem: excrementum: choleram: denique morbum periculosum exponunt. Necesse itaque erit vomitum mouere: et in quintum diem cibi tenuissimis et modicis minimis acerbis siccis aut calidis: presertimque laboribus naturalibus: preterquam secundum cenarum deambulationibus. Inter balneis: sed vero calidis ac quiete vitia: a sole preterea et frigore cauendum est. In somno videri quid assueti potius aut cibi sumere: alimenti inopiam ac animi languorem probat. atque carnes validissime quidem maximi excessus: infirmissime autem minoris. Ut enim quod assumitur bonum: cito est quod apparet. Cibus ideo demendum est quod alimenti exuperantem id testimonium sit. Similiter etiam panis caseo et melle confecti in somno edi si videantur: eiusdem signi sunt. Aqua pura epota: bonus: relique vero omnes nocte. quicquid assueti homo spectare videtur: animi desiderium testatur. Quodcumque vero fugit perterritus: sanguine a siccitate infestante detegit. Utilissime ergo corpus refrigeratur et humescit. Pugnare: vulnerari: cruciari: vinciri: corpori secretionem circuitus inimicam contingisse signo sunt. Optimus igitur est attenuare: deambulare: cibi facilibus vitia. Tum si vomitum intra quinque dies sibi temperandum. Quinctiam ex vitis errores: vagationes: ascensus mali et graues contingunt. Stultorum tractatus: armati hostis: diuersi generis monstra: egrationis sine infanie argumenta sunt. Perneccessary igitur sic errantibus sunt cibi modici leues et molles. Tum porro simul: preterquam post cenam: exercitationes. Necnon ad quintum diem cum vomitu victus paulatim temperatus sit. Insuper a calidis balneis: desideria: frigore: sole cauenduz: Nec qui seruare voluerit: prout viceratio dicitur: a nobis quantum per homines deo iuvante fieri potuit: excogitata inuentag: his semper in vita bene valere poterit.

Andreas. B. p. Ni. Supalatio. S. D.

Ab es iam Supalatio Ypocratem de insomnijs a me expressum. Quas quidem provinciam ut susceperem. non prius adduci potui quam tua: Aloisij podocathari viri optimi et vtriusque nostrum amicissimi motus adhortatione atque auctoritate. Quapropter ita me deo amet si me vobis non plurimum debere fateor: qui me semper ad virtutem et laudis studia adhortari incitareque non desistis. Atqui sic vobis promitto et in me suscipio: studebo quidem semper et pro viribus laborabo quantumque vestri de me opinioni suscepto respondere. optimisque consilijs vestris et admonitionibus parere. Siquidem me a vobis non secus atque parentibus diligi et amari iamdudum perspexi atque expertus sum. Ut autem mi Supalatio: quid animi mei erat: intelligas: institueram more grecorum paucis hunc libellum interpretari: quod scribendi genus illi paraphrasin appellant. Sed cum res postea videretur magni esse negotij: multe doctrine: et longioris temporis: malui parue editioni mee consulere ac amicorum voluntati satisfacere librum iam efflagitantius. Hoc igitur negotium vobis doctoribus permitto: qui medendi artem cum scientia: tum etiam visu et exercitatione habetis consumatissimam: que cum alij scientijs instructa esse debet: tum precipue astrologie cognitione: que admodum hoc in libello Ypocrates demonstrare videtur et testari. Cum internas corporis partes lune: medias solis: externas stellis tribuat: non sine magna profecto astrologorum nature scientia et peritia. Quam quidem lune sidus cum inter omnia nobis proximum sit: maxime in corpora nostra dominari censet. Unde prudenter ea a vobis in medendo tantopere observatur. Sol autem quo magis a luna distat: eo minus nobis obesse valet. Quod enim vi exuperat: id intercedere minuit. Similiter etiam stelle quoniam a nobis longissime abunt: aut

multum corpora infestare possunt: quibus tamen omnibus astris presertimque elementis que in deorum nominibus inclusa sunt: multum Ypocrates mea quidem sententia tribuere videtur: cum iubeat supplicare soli ioui celesti: ioui terrestri: minerue terrestri: mercurio: apollini: terre: heroibus: que omnia si contemplari licet ac aliquantum remouere sensus ab imperiti et ignari vulgi opinionibus: reperientur habere in se naturalem rationem certe non indignam: sed vero medico et philosopho maxime conuenientem. Nam sol pro mundo accipi potest: qui cum sidera solem lunam ignem aera aqua terram: tum communem omnium naturam rerumque vniuersitatem in se continet. Quod autem purus candidusque et ab omni reliquorum quatuor corporum collusione vacuus est: a poetis olympi appellatur: quod totus lampi id est splendet. Deinde a nonnullis philosophis quintum elementum esse videtur: ab eisdemque eius ardor nequaquam agitareretur ab alio neque externo pulsi: sed per se ipse ac sua sponte semper et continenter moueretur: entelechia appellatur: estque et habetur illorum opinionione omnium rerum que natura administrat: semina: tot et sator et parer atque educatoz et altor. Ioui celesti vel benigne et temperate eius stelle. que grece pheon dicitur: que inter saturni horridum sidus et martis ardens media existit: illustris ac splendida. vel etheri quod idem celum vocatur vltima et altissima ac extrema hora et determinatio mundi omnia cingit circūplectitur et coercet: ex quo solis stellarum omniumque siderum naturales flammæ existunt. Cuius quidem calidum et igneum: qua natura est bilis: quod in corpore scitur et agitur motu suo: aliturque et crescit: tamen sensus et vita remanet. Ioui terrestri siue orcosideque diuiti nominato Iouis fratri cui terrena vis dedicata est: qui grece Pluton dicitur: quod omnia recidant in terras et ozian: tur et terris: Sine Neptuno eiusdemque fratri. Aquarum elementum cuius humore et vaporibus magna quoque ex parte tam stelle natura flammæque humana corpora aluntur et nutriuntur. Dic igitur si deesset: cum sibi propter nature similitudinem piruitam vendiceret: a grecis flegma appellatur: que corpori magno nutrimento est: noster quoque spiritus igneus simul discederet: necesse esset. Minerue terrestri. id est aeri terre et aque proximo vel lune que a sole illuminata ipsidem quibus ipse spacijs cum vagetur circaque terra voluatur grauiditates et partus affert maturitatesque gignendi: natis etiam incrementum et vberitatem: atque propter varia eius officia et potestates: diuersis vitæ Diana Luna Lucina vocatur nominibus. Mercurio Mercurij stelle: que infra martis Pyroidea accensam temperatio est diciturque a grecis Stillbon. vel aeri sublimiori etherique vitio cuius tenuitate et calore temperatus vitalem et salutarem spiritum prebet animantibus: sine cuius aspiratione nemo posset viuere. ipse namque vna cum animantibus viuunt vna audit vna sonat vna dormit. Aer denique ut verbum ex quo declinatur: significare videtur. Quod enim spiro et aelle status dicuntur: tota est ista nostra animalis spirabilis: que natura. Neque enim vllus in corpore humor est qui magis vitalis sit quam sanguis propterea quod moderatas aeris caliditatem humiditatemque sibi attrahit: ut non immerito cum liquor princeps habeatur. primam ex corporis partibus sedem cor. sibi vendicauerit: in quo vita sensus et intelligentia existit nonnullorum philosophantium sententia. Preterea enim aeris temperatione reliqua elementa. duo enim siue tertio medio et tanquam nodo vinculoque difficulter cohererent: inter se emolliuntur: depositaque quodque vehementi sue nature vitæ tanquam tenacissimo glutino iunguntur. Sic quoque omnia gignunt procreant que videntur in hoc mirabili mundo tam speciosa tam pulchra tamque necessaria. Id igitur cum inter hec medius sit et tanquam precipua causa et au-

Sol Olympi
cur 82

Antelechia d2

Pluton

neptun

Pyroidea

Stillbon

Mercurio

De insomnijs .Y.

Mercurij

qz Proserpina
Orta

Sol solus

pitula

cto: vt ad procreandū copulentur cōstringantur: q̄ a poe-
tis nuncijs deorum. i. elementorum sub **Mercurij** quasi
medij currentis nomine habetur. Nostrum. n. nō ē ī pre-
sentia astronomorum rationes referre. Apollini. i. soli cui
id nominis inditum est auctore platone q̄ circūz celū ver-
tatur et terras modo accedens modo recedens: qui quidē
efficit vt frigida calefiant: mortua reuiuiscant: omnia flo-
reant et in suo queq; genere pubescant: maturent et perfi-
ciantur. Terre. i. animantium matri et alitrici: quippe que
gravidata seminibus omnia pariat et feta alat et augeat: p-
fertimq; omnia aiantibus prouida ad victum suppeditet
necessaria. eandem opem appellant: q̄ ope fiat melior: p-
serpinam q̄ ex ea proserpant fruges: vestā q̄ vestia ber-
bis. Deoibus. i. animis siue spiritibus qui antiquorū opi-
nionē huic aeri terre vicino iminentes putarent non par-
tiam in nobis potestatem habere. ydem a veteribus reli-
giosis demones dicebantur: qui medij essent inter deos q̄
sūmum locum teneant et homines qui infimum. Ex his igitur
quantum pro tenui ingenio meo iudicare possum: vi-
detur mihi **Dipocrates** vnum tantū deum sentire: cuius
diuersis nominibus appellare. Nō **Platonem** similiter et
Xenophontem ac **Stoicos** sensisse legimus qui dicebant et
mundum deum esse et celū et astra et terras et animos: nec
referre eundem esse iouem eundem **Martē** eundē **Vul-**
canum. Atq; propter causas potestatesq; diuersas: multa
dari cognomina: non tamen propter tot res etiam tot de-
os eum esse cogere. Quid enim attingere: cū vna sit forma:
plura esse nomina. Sed uero rebus naturalibus deorum
figuras tribui ob vtilitatem magnitudinem que ab illis
in res concretas et creatas redundare videbantur: omnia
tamen principi deo vt auctori et datori debere referri acce-
pta. Quam quidem vnicam cām ac primā notionēz mul-
to ante **Pomereus** intellexisse iudicatur. Cum appellaue-
rit **Iouem** dominatorem rerum et omnia motu regentes
presentem prepotentemq; patrem diuum hominūq;. Nō
idē **Valerius** **foranus** auctore **Uarrone** his versib; testat.
Iupiter omnipotens regum rex ipse deusq;
"Progenitor genitrixq; deum deus vnus et omnis. Ex quo
merito ortum est vt dicantur **Iouis** omnia plena. Quēad-
modum vero a commentitijs et fictis deis ratio traheret
ad phycas res bene atq; vtiliter inuentas. me certe do-
cuerunt greci doctores in **Pomereum** scribentes qui vt sa-
pientissimi ac rerum naturalium doctissimi phycas ra-
tiones que in fabulis non in elegantes in sunt: prudenter
exponunt docte enodant: ornate enucleāt: q̄ si qui fuerit:
quos non paucos fore cēleo qui exstimaauerint **Dipocra-**
tem fm communem vulgi opinionem locutum esse: sciāt
modo isti doctissimos illos viros mltā quādoq; voce ex-
primere cum eorum animus et mens longe rectius senti-
at et iudicet: q̄ si fecisset **Socrates** nō epogo ytenno mor-
tuis esset. Neq; **protagoras** similiter: si id seruasset: i eri-
lium ab arbeniensibus electus fuisset: vt autēz aliquid eti-
am qz qui sic opinantur: concedatur. sol in celo dicitur: qz
solus ex omnibus sideribus est tantus: vt cum exortus sit
obscuratis omnibus solus appareat: vel q̄ solus vnus sit
et non plures. **Apollines** in terris coluntur: quorum cum
vnus vulcani filius: alter corybantis natus in creta. tertius
Ioue natus et **latona** sit. quartus in arcadia. Lūq; om-
nes alius alys in locis diuersa ob munera colantur: ita di-
uersis appellantur nominib; vtpote **medicus** **delphicus**
delius **Tyrnthus** **Daphneus** **Nomius** vel vt alij putāt
nomino: q̄ **archades** ab eo nomus hoc est **leges** accepisset
Nec prohibet quicq; **Iouem** celestem **Iouem** terrestrem
dici. Cum plures ioues fuerint: ex quibus alter patre celo
alter etbere patre natus: tertius cretensis **Saturni** filius
cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. qui igitur iter-

ris natus: terrestris: qui in celo et parentibus immortalibus
celestis merito nuncupetur. Item **Minerue** et **Mercurij**
plures fuerunt: qui similiter pro locis officijs. ac opinioni-
bus que de illorum ortu inualuerunt: vocantur et colunt.
Terra terre dea tellus est: que a nōnullis ceres quasi ge-
res dicitur. **Deos** viri excellentes qui immortalitatem
consecuti sunt: ac inter deos asciti ob ipsorum merita et
ga humanū genus: sicut **Hercules** **Lafior** et **Polux** et **Escu-**
lapius: qui cum mortales fuissent: mortalium curam ha-
bere ac pro eis apud reliqua numinq; intercedere putabā-
tur. **Dec** et multa alia de dyis ignarū et superstitiosum vul-
gus opinatur et fingit: que non modo in illa maiestate ac
beatitudine esse sentire neppas haberetur: sed etiam au-
dire aures abhorrerent. Sunt enim ista omnia imperite
plebis deliramenta ac anicularum fabelle: a quibus si nō
verbis at animo et sententia **Dipocratem** diligentem na-
ture preuestigatorem vehementer dissentire atq; disce-
pare censeo: qui vt philosophus verūz auctor et non fabula-
rum vnum solum primum deum eumq; primam causam
huicq; omnia tā celestia q̄ humana subiecta esse arbitra-
ri videtur. Reliqua enim omnia cum explicantur ad ra-
tionēq; retiocantur rerum magis q̄ deorum fictorum na-
tura cognoscitur. Quidēz eo verisimilius videtur: quo
magis religioni nostre accedit que deum vnum optimūz
maximum **Christum** omnium rectorem et dominatorem
sentit colit et sapit. Sed quoniam cepi secus agere q̄ ini-
tio dixeram. **Negaram** enim exponere reliqua vobis in-
terpretanda relinquo. Ego vero quantum potui: vobis stu-
dij hunc libellum latinum q̄ gemendatissimū tradere. In
quo siquid fortasse claudicare videbitur: id tribue **Deme-**
try **Larcocanditis** **atheniensis** preceptoris nostri absentie
qui eius acri et diligēti iudicio grecis in litteris propter lo-
corum intervalum vti nequeo. Qui quidem alter **Demo-**
sthenes fuisset **Theodori** gage iudicio: cuius itidē opinio-
nis **Bessarionem** **cardinalem** **nicensē** fuisse senex ille do-
ctissimus mihi iucunde narrare solebat. si ei ciuitatis sue
athenarum fortuna et imperio florentis tempore nasci cō-
tigisset. Quidēz possumus: id vobis libenter damus. plu-
ra tamen in posterum si nobis vita suppetat et ocium sup-
sit: daturi vt vobis amicis: omnibusq; bulis facultatis stu-
diosius nequaq; opera nostra et industria vnq; defuisse vi-
sa fuerit. **Ctesium** interpretatus sum terrestrem: quia id
congrue deriuari posse censui a pocthonos mutatis cras-
sis in tenues more ionum quorūz lingua vtiur **Dipocra-**
tes. Deinde q̄ cum in somnia partim celestia partim ter-
restria videantur. cumq; **Ioui** celesti dicat sacrificandum
esse: merito vtiq; sacrificandūz foret deo q̄ui terre domi-
natur: qui a poetis **inipiter** **infernus** et **stygus** appellatur
idemq; terrestris. De quo cū itelligeret **Dipocrates** mea
quidem opinione distinguendi causa **Iouem** superum ap-
pellant celestem: inferum vero **Ctesium**. Alias enim id
epitheton superfluum esset. Cum vni tantūz **Ioui** cogno-
mina illa tribuantur: pater rex **Poliens** **philius** **Detere**
Domogni **Dice** **sius** **phigius** **Xenius** **Ctesius** et **Epicar-**
pūs: vt refert **Dion** **Chrysostomus**. Quidēz hoc non placet
Ctesius dicatur opitulus q̄ opes et diuitias et possessiones
prebeat: que tamen in terris sunt et ex terris proficiunt:
tur: que **Ioui** inferno hoc est diu dicatē sunt. **Minerua**
itidē **Ctesia** que a me accipitur pro lūa q̄ sub terris apud
inferos **Proserpia** dicitur que fructus et fruges alit et pre-
bet: si phycā ratio non placet: nominetur opitula: q̄ diui-
tias: vt fabule tradunt: inuendi sciendiq; industria prester.

C Explicunt insomnia Dipocratis.

Libellus Zoar de curatione lapidis.



Annon quem scripsit aliguacir abuale
 402 filius abmeleth filij 402. im
 peratori sarracenorum baly filio iosephi fi
 ly tescipbin. de curatiōe lapidis accidentia
 a quibus cōuenientius est cauere et a quo
 rum narratiōe cautela ē adhibēda timor ē
 qui est in eis debilis: nāq; eorum proster
 nit virtutem et soluit iter homines et suas salutes. Et ipsi q
 dem nō sunt sicut accidentia in quorum curatiōe iterneit
 latitudo. Et ego quidē multoties eo presente dixi qd acci
 dens hoc est sicut inimicus. Et o3 lz det inducias: vt absci
 datur in ipsis suis inducijs propter suam debilitatē in re
 sistēdo. Non ergo sit cōtētiō debilitatō ipsūm: cum
 eo illud quod acquirit ei mios acquirit preparatiōes. Et
 cañ. cōferens i aggregatiōe esse huius accidētis: per cuius
 assiduatiōē cōfido qd securabit ab eo esse iste: dūz temp
 qd estatis perseuerat vsq; quo pertranseat temporis plu
 rimū autūni: et descēdat pluuia multa: tūc acceptio vncie
 vni. 2. 5. d. sirupo acetoso facto cū aceto qd expēsiōis vne
 pure et medietas. 3. d. sirupo violato cū gncs vncys aq; cūz
 quā bulliēt corticē radicē fenicli. 3. i. 2. 5. et cubebe cōtrite. 3.
 .i. donec cōsumpta fuerit aque pars quinta et collata ē con
 uenientius: sumat hoc duobus diebus in oibus quindecim
 diebus: et acceptio aque ciceris fm qd dixi bona est: et bñdi
 cta. Et si inueniat in aqua ciceris acuitas in cōplone pro
 pter calorem aeris interpolet cam: et misceat cūz ea in de
 coctione eius acetū qd destruat eius caliditatē et roborēt
 ipsius incisōne et eius absterfōne: et ad vltimū qñ iuenit
 i acuitate psonis qd requirat studium in frigidando. Su
 mat hūc sirupū sine medicinis decoctis in qua quas nar
 rati. Et vtat sirupo acetoso: sirupo endiuicē: et sirupo ne
 nufaris: et ponat i omnibus temporibus aqua cibariorum
 facto: et aq; ciceris nigri nisi apud vebemētā caloris aer
 ris. decoquat ergo cū aceto: qd decoquit cūz aqua ciceris.
 Et sit cum aceto cucurbita: multiplicet origanum. Cū er
 go aduenerit autūnus et non intelligo per autūnū illud de
 quo absolute dicitur hoc nōmē: qñ totum autūnū cū na
 tura est ex natura temporis estatis calida: sed nō intelligo
 per ipm qñ conuertit complexio aeris gradatiz ad frigus
 et associat ad illud: et humectet aer p discessiōē pluuie su
 mat cōfectiōe quā feci ei nūc quattuor. 3. cum decocti
 one ciceris nigri cōdita cum sale et pauco piperis die vno
 et interpolet diē quattuor vicibus: aut quasi illi. Cum er
 go vebemēs sit frigus aeris et expigil hyems accipiat de ty
 riaca magna omnibus. x. diebus. aut quasi illis. 3. i. cū tan
 ta aqua calefacta quāta capit os semel pmixto ei sirupo d
 cortice triti. Et qñ possibile est vt vtatur cibario facto ex
 hōse yrtice. Et ei cibarium holericum decenter factum
 cum carne hedi qd sumat in principio sue comestiōis. hoc
 ergo regimen sufficit ad auferendas cās huius accidētis.
 et de illis que oportet ipm in cibo sumere est lepus postq
 consumat hyems et descensus pluuie et nūc die aliquo in
 dieb. At vero adolescēs. est multo melior qñ aries bñm
 in istis dieb. duobus temporibus predictis proptie. Et de
 illis quibus o3 conseruari sanitas ab omnibus accidenti
 bus: que de pprietate caloris est vt faciat accidere: aut vt
 accidant ea eius in tempore autūni: est vt sumat in mense
 mady circa finem eius: et in principio iunij istud ozdei ex
 corticati et contriti: et floris nenufaris. et oculor. yacce mū
 datoriz ex suis interioribus. omniū añ. 3. viij. seminis sca
 riōle et volubilis expiccate: et medulle seminis croci ozula
 ni et medulle seminis melonis omniū añ. 3. iij. floris yio
 le: et capilli venci: et cortices radicē apy recētis omniū añ.
 3. ij. reubarbari electi recentis quartam. 3. vnius terantur
 que sunt terenda et infundantur omnia nocte in mensura

libre aque feruentis et in mane ponatur super ignē lenē.
 Cumq; inceperint bullire confricetur manibus calida et
 colentur et confricentur manibus in colatura de condito
 rosato et cūcharo. 3. xij. et de medulla cassie. mūdare a su
 is interiorib. et suis tunicis. 3. iij. et coletur et misceatur cū
 ea tertia vntie de sirupo iulep ex cūcharo et sumatur māt
 alto et quiescat die assumptionis eius et secūda. Et ei qd
 est descriptio ad lapidem. Illud vō qd aufert esse lapidis
 et prohibet eius generationem est: esse contentum in cibo
 pane fermentato spongioso cum farina fuit mollita in p
 ximo cum anibus laudabilibus sicut pullis et perdicibus:
 et interpolatione lepore et sparago cūz possibile est: et ciba
 rium holericum ex yrticis cum sicla. est benedictū et non
 repleatur comestione multum: imo dimittat de saturita
 te sua paz. et nō laboret post comestione penitus. Et si ē
 necessarium qd frangat illud qd generatum est ex ea et ex
 trahat illud sumat de hac confectione. B. corticē radicē. spa
 ragi expiccati et corticē. radicis feniculi expiccati itez. et poly.
 et scolopēdrie: et cubebe omniū. añ. 3. v. vel epani. i. pulmo
 nary: et gūmi pūmoz: et lapidis iudaici contriti sup cotem.
 et cassie et ciperi de barac et bdelly vary et amosom omniū
 añ. 3. ij. terantur singulariter et cribellentur et conficiantur
 cū sirupo de cūcharo: et sumat ex ea ex. 3. ij. vsq; ad B. qd ē
 quasi illud cum aqua calida in qua bullitū fuit parum fe
 niculi. Et sunt ei ad vōsitates et dolores capitis et stri
 cturam anbelitus: et dolorem brachiorum. ad vōsitates
 vero repellendas sufficit regimen qd ego pcecepi ei ad ge
 nerationem eorum prohibendaz penitus. et a vero ex qui
 bus generantur sunt permixtio in cibo et intromissio cibi
 super residuum cibi: et labor post comestione: et hec ē res
 aqua prohibui ipsum multoties: et dixi vt non esset eius
 motus et labor post comestione. illud autem quo vtē
 dum est apud vebementiam doloris. nam dolor predict
 non occidit nisi a generatione lapidis stantis in aliq me
 tuum vrine: et qd ego determinau ei prohibet eius gene
 rationem si ei alligetur: ita vt nunq; de eo conqueratur: et
 non occidet aliquid ex eo si alligatio ceciderit: et iteratio
 mundificationis renum. verū tamen non est possibile nisi
 imperium mandati auditum administratum in huiusmo
 di dispositione. est istud. B. fenugreci. 3. iij. seminis apy
 et seminis dauci amborum añ. duas tertias. 3. vnius. bulliat
 totum in. viij. vncys aque donec redeant ad medietatem
 deinde confricetur manibus donec aliquantulum visco
 sum fiat. Et in colatura fricetur manibus de condito vio
 lato ex cūcharo. 3. vna et semis fricatione vltima: et colef
 et labreatur in hyeme super medietatem. 3. vnius de tyria
 ca magna et in estate et suo similis de temporibus aeris cali
 di sine tyriaca penitus: et vaporetur locus totus cum hoc
 oleo. Olei anctini tres. 3. sumantur in quo liquefiat adi
 pis galline. 3. i. deinde submergatur in eo lana succida et
 vaporetur cum ea tepefacta locus multis vicibus post po
 tum medicine precedentis. deinde administratur sternu
 tationum bis aut totiens: dolor vero capitis cum inueni
 tur: tūc si fuerat in tempore caloris sumat istud qd narro.
 Conditi rosati ex cūcharo. 3. xij. medulle cassie. mū
 dare a suis interioribus et suis tunicis. 3. vi. fricetur ambo in
 quinq; vncys aque calide colentur et addatur colato. siru
 pi violati de cūcharo. 3. i. 2. 5. sumatur in mane et yngatur
 frons et anterior pars capitis cum oleo rosato concusso cū
 tertia parte sui ex aceto forti et in frigidetur. Et sit effusio
 eius super caput cum vase strictiore ab altitudine mensu
 re palmi: quoniam est melius et velocius iuuamenti. Si
 autem accidat in tempore frigoris sumat hanc medicinā
 agarici vere albedinis. 3. i. et tertia raneteni. sexta. 3. vnius.
 terantur ambo et conficiantur cū sirupo acetoso de cūcha
 ro. Et sumat super illa duo istud qd ego narro. cassie. cō.

fructus
 lapidis

406. 2. cap. 5


Registrum


trite et anisi vniuscuiusq. .3. l. crueant i sex vncijs aque do
nec consumatur ex ea mensura tertie: coletur et misceat
in ea sirupi acetosi. .3. l. et .5. et sorbeat. Et bulliant camo
mille melliloti vniuscuiusq. manipuli quattuor in aqua
que cooperiat ea donec vehemens fiat eius calefactio. de
inde inclinetur frons et tempora super illum vaporem ascen
dentem ex ea. Cum ergo repuerit aqua in qua bullitum fu
it illud quod dixi submergat i ea pannus lenis et vaporem
cum eo vbi inuenitur dolor i capite. Stricte vero anbe
litus non est causa nisi additio carnis et dimissio exercitij
in ieiunio: et cum conseruatione illius eleuatur. Et illud
vero quod accidit de dolore brachij et membris inungatur
cum inuenias illud cum oleo anetino quod destruit illud.
Et ei est iterum descriptio suffus ad lapidem. R. gummi
pauonum et cubebe et lapidis iudaici. omnium an. .3. liij.
cortice radice sparagi et ebani ambou. an. .3. ij. feminis dau
ci. .3. 5. terantur et cribellentur et adiungatur eis media yn
cia cichari. bibatur de eo omni die a duabus. 3. vsq. ad cir
cuitum eius cum aqua in qua misceatur sirupus acetosus
Et sit cibus. i. panis albus rasea ex lepore et feniculus et ci
barium olei cum ex vrtice. Et est ei descriptio infusionis i
alia ad illud. R. cortice radice apij. et cortice radice feniculi
omnium an. .3. ij. cortice radice sparagi. .3. iij. cubebe et rubee
tincture omnium an. .3. i. terantur omnia et bulliant in sex
vncijs aque donec misuatur medietas eius: et coletur et mi
sceatur cum ea de sirupo acetoso squillitico. .3. l. et media et
bibatur. Sinis Zoar de curatione lapidis.


Explicit hoc opus mandato et expensis nobilis viri do
mini Octauiani Scoti Litis Medoetensis. per Bone
tium Locatellum Bergomensem. 1497. die septimo me
sis Octobris.

^a C Liber rasis C Alubetri aragi C De forma ossu ciem mouent.	^b C Dolor fortis membrum: cum et si tamen cum sunt in senio	^p C Incipiunt fortificatur ille et accedit ad C Incipit 3 ^a
^b C De significatōe C Significationū C Saba. ca. 2. epar. Aque vero	ⁱ cum extremitate C Et cura eius ē durum i stomacho misceatur cum ea	^q plasmatum. Et sequuntur cum habeant inuenit in nā.
^c C Solatru friduz aquam calidam autem aliqua secca vt ab inimico	^k moritur fetus per colum suum C Sciatia vero C Eradicant	^r C Febris que nuc ipem tuam Et crisis parte posteriori
^d Et si scotomiam exite: et fortiter C De bis que C De sedanda	^l non dixi in hoc vt cooperiatur cum aqua mellis C Cosectio troci.	^s cipit dissolui et turturum et C Sicus sicce ta: et in egypto
^e contingat dicem locum est fortiter dū et ne paniculus lignee: melāopigis	^m debemus vti ad sic paties sanabaf lis et yuaz caninā cie et in capite	^t et silt incisio paruitate sui nigre expulse C Ait moyses
^f alys infridantib ambulus est: ipsaz C Sumas resina autem dolor	ⁿ et calores innatus potius confortari ris quantum est tūe et digestiue	^v infirmatē sine corpe quecūq existentiū: ille ne latentes: nō
^g aut in qua C Fistule vero et ventris solone: C postq. autem	^o Canatellia idest C Lirius hoc de C Verbe contra Syrupus de	^{sinis} Sinis.









Roses.

1497

